

NvK an B. Georg von Trient. Georgs Antwort zu den geäußerten Gewissensbedenken habe ihn nicht zufriedengestellt. Kleriker dürften sich zwar verteidigen, jedoch nicht den Tod eines anderen verursachen. Bernhard Gradner habe ihm weder die Feinde erklärt noch ihn angegriffen. Der Beistandspakt mit Hz. Sigismund verpflichte ihn nur zur Verteidigung, nicht zum Angriff. Dass die von NvK gestellten Söldner jedoch einen Angriffskrieg führen und Menschen töten, könne er daher nur schwer mit seinem Gewissen vereinbaren, auch wenn er bei der Entsendung der Söldner klargestellt habe, mit dem Blutvergießen nicht einverstanden zu sein. In einem Postskriptum berichtet NvK vom Sieg des Kreuzfahrerheeres (bei Belgrad) und drückt seine Hoffnung auf Frieden unter den Christen aus.

Entwurf: BRIXEN, DA, HRR I f. 298^r Nr. 889. Über dem Text: Domino Tridentino.

Druck: Hausmann, Brixner Briefbuch 126f. Nr. 156.

Deutsche Übersetzung (Auszug): Grass, Feindwesen 788f.

Em. (1640): BRIXEN, DA, HA 18209 f. 19^r (Streitschrift gegen Claudia de' Medici, Erzherzogin von Tirol¹);

Sinnacher, Beiträge VI 415; Jäger, Gradner 264; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 353.

Reverende in Christo pater et domine precarissime. Alias scripsi de remorsu consciencie²), et p. v. michi respondit, sed non satisfacit. Scio, quod clericis licet vim vi repellere cum moderamine inculpate tutele³), sed non debent esse occasio mortis. Bernhardus Gradner non diffidavit me⁴), ita non debeo presumere, quod voluit contra me venire.⁵) Non nego, si cum potencia dominium domini ducis intrasset ad devastandum patriam, quod tunc iuxta ligam⁶) debui invocatus⁷) iuxta posse succurrere; ad defendendum obligor, non ad invadendum, nam, cum sim sacerdos, non potui ad hoc me obligare. Nunc mei accedunt castrum⁸), ut omnino mala faciant et, si possunt, interficiant invadendo, non defendendo.⁹) Ipsi mei pauperes interficiuntur, et si ego eos non mitterem, non interfic(er)entur. Ego igitur, qui sum aut causa aut occasio mortis 10 extra casum defensionis permisse, quomodo de effusione sanguinis eciam meorum sum in pura consciencia excusatus? Crucior certe, quia vellem officium meum pure exercere, ut deo mundis manibus sacrificarem. Unde quia in alia littera p. v. continetur, quod vobis mittam meos¹⁰), sic facio: „Mitto p. v. hoc meos, quos nunc habere potui, ut iussis p. v. pareant exonerando conscienciam meam et onerando conscienciam p. v., 15 qui estis dignior pontifex quam ego et scitis taliter imperare, quod non imputetur aut vobis aut michi sanguinis effusio coram deo et ecclesia, protestando, quod non consencio, ut fiat sanguinis effusio aliqua, et si fiat, quod tunc manus mee sint munde a sanguine, qui preter meum consensum effundetur.“ Et parcat michi p. v. in hoc, quia consciencia urgente non potui ab hac scriptura abstinere, supplicans, ut misereamini 20 pauperum, ne periclitentur vel sine fructu gravantur. Brixine xxvi augusti anno lvi¹⁰.

Filius p. v. N. cardinalis sancti Petri

Habui ex Wyenna plures litteras, que illa nova bona victorie crucis Christi confirmant.¹¹) Ob hoc et aeris serenitatem atque ut pax inter dominos concludatur, vacamus letaniis et oracioni. Et dignius foret, ut Christo nunc per nostras gentes succurreremus 25 unanimiter, ut inimicum crucis glorie nostre expelleremus etc. De concordia dominorum nichil boni adhuc scribitur. Recommitto me et ecclesiam meam p. v. amantissime.

13 sacrificarem: *em.* sacrificare. 19 effundetur: *em.* effudetur. 20 misereamini: *em.* miseriamini.

